Cõputus nouus ⁊ eccleſiaſticus: totius fere Aſtronomie fundamentum pulcherrimum con-tinens. Clerico non minus vtilis ꝙ neceſ-ſarius: cum additionibus quibuſ-dam nouiter apꝛeſſis.

* * *

Anno. 1519. Venetijs in Edibus
Petri Liechtenſtein.



CLitteram dominicalem ad annum propoſitum ſcire ſi cupis. In littera d rotule exterioris circa crucem poſita. 1512. numerare pro annis futuris dextrorſum: et preteritis ſiniſtrorſum incipe: tunc tibi in loco anni tui propoſiti littera dominicalis occurret. Si vero due littere tibi occurrerint: annus talis erit biſextilis. Cuius littera prime rotule ad feſtū Mathie apſi. Alia aūt littera ſecūde rotule in ſequēti parte anni p littera dñicali cōputabit. Sic pariformiter aureū numerū āni ppoſiti in tertia rotula in nūero. 12. ppe lineā crucis. 1512. numerādo inuenies et aureꝰ nūerus in loco quo tuus nūerus ppoſitus reperiet anni ppoſiti tibi occurret. Cōſequēter i qrta rotula iteriori iditionē Romanā anni ppoſiti eodē mō inuenies vt ſupra de alijs dictū eſt. Et finita rotula aliqua numerando reincipiat quoniā ppetuo durabit.

Prefatio.

QUia optimorum philoſophoruꝫ ſententia eſt. Tempus eſſe optimum: quippe cuius iactura grauiſſima ſit ⁊ irreparabilis videntur illi ſue vite comprimis conſulere: qui eius diſcerniculo quid quaqꝫ vite parte agant: obſeruare ⁊ ſigillatim digerere cōſueuere. Id vero quanq̄ in omni viuendi genere laude dignum eſt. Plurimum tamen illis ⁊ ornamēti ⁊ emolumenti addit: quibus ipſa temporum digeſtio plus neceſſaria eſt. Sacerdotibus dico: rerum ſpiritualium ⁊ omnino eccleſie orthodoxe magiſtris: Chriſti vicariis qui vtinam ⁊ temporum diſtributionem: ⁊ feſtoruꝫ ordinationem eccleſie noſtre conſuetam ⁊ approbatam vituperabili ſegnicie ſemota: diligentius ediſcerent: ⁊ rerum talium autores ac reformatores Mathematicos diligentius colerent: ac obſeruarent: quibus eccleſie ſplendor ⁊ concordia ea in re non parum debere videtur. Deinde artes huiuſmodi: quas fere ſolent exibilare: ⁊ religioni diſſonas exiſtimare ſcioli: ⁊ hipocrite: tanto ardentius appeterent: quanto ceteris ſunt iucundiores: ⁊ precibus ſuis orationibuſqꝫ moderandis feſtiſqꝫ mutandis: vt annorum curriculo vario contingit: plus neceſſarias. Cum enim ſit tempus menſura motus ſe extendens ⁊ in ea que preteriere ⁊ in ea que futura ſunt: vt Phiſici ſentiunt. Quis obſecro ſacrificulus preſbiter ſe tempora poſſe recte obſeruare iactet: cui earum reruꝫ ars ⁊ ſupputandi ratio ignota eſt: ⁊ deſidia quadam nauſeante reiecta. Errant hii ⁊ a vero tantum abſunt: quantum Hypanis Ueneto diſſidet Eridano: Qui motuū ⁊ magnitudinum diſciplina que Mathematice appellatur: religioni noſtre nihil vel paruꝫ commodare: perperam autumant. Cum ſit a primis illis ordinis noſtri patribus: temporum per annum varietas ⁊ natura: in feſtis diſpertiendis ſummopere diſquiſita: ⁊ ob id ad ſolis precipue motū ꝙ proxime fieri potuit aplicata. Quamobrem cum ea res per tot retro ſecula non nihil immutata ſit: ⁊ primarie inſtitutioni diſſona. Uocatus erat ſuperioribus annis Joannes de Monte Regio Uiēna a Sanctiſſimo domino noſtro Sixto.iiii. pro Calendario reformando: quod dubio procul pro ſui ingenii perſpicatia incredibili preſtitiſſet: ni fato interceptus diem obiiſſet immature. Reſipiſcent igitur delirantes ⁊ errorum conſcii animum inſtituent in melius: Lecturi vel hoc exile ⁊ rudimentarium opuſculum quod intellexiſſe (ſi maiora eos abſterreāt) ſatis erit: ſuperqꝫ. Quo hec fere continent. De aureo numero: de Ciclo inditionis: de Ciclo ſolari. Littera dominicali. Interuallo: Concurrentibus. Feſtis mobilibus. Forma celi ⁊ ordine ſpherarum. De quatuor elementis. Situ ⁊ motu firmamenti ⁊ pleriſqꝫ aliis plane neceſſariis: que dum intellecta fuerint: iam tandem ſe quiſqꝫ fateatur ſcire quod ſacerdoti ⁊ religionis ſtudioſo ſit omnium maxime neceſſarium.

¶ Capitulum primum.
De Aureo numero.

Mille quadringenos ab anno deme ſalutis
His vnum cum annis octuagintaq; iunges
Numerum aureum reſidens ciclum edocet
Decem ⁊ nouem ſuper hos cum excreuerint anni:
Hos totiens abijce: reliquum pro ciclo teneto.

¶ Pro declaratione huius. Sub trahe mille quadrigentos ⁊ octuaginta vnum annos ab anno tibi propoſito: ⁊ quis numerus ſuperfuerit aureum oſtendit tibi numerum. ⁊c. Uel ſic. Annos pertranſeas dictos ſilentio: ⁊ numerare incipias octuaginta duo octuagintatria. ⁊c. in digito vſq; ad propoſitum tibi annum ⁊ quot vnitates ex tali numeratione prouenerint aureū numerum ſiue ciclum lunarem tibi demonſtrabunt. Circa quod vnum nota. Cum ſupradictos annos vltra decem ⁊ nouem alij excreuerint : depone decem ⁊ nouem quotiens poteris: ⁊ illud quod vltra reſiduum fuerit aureum tibi ciclum indicabit: ⁊ ideo deponuntur decemnouem: qꝛ ciclus lunaris vltra. 19. annos ſe non extendit.
¶ Faciliori autem modo aureum numerum taliter inuenies. Adde annis Chriſti vnum agregatumq; totum per. 19. diuidas: ⁊ quicquid reſtiterit pro aureo numero teneas.

¶ Capitulum ſecundum
De ciclo Inditionis

Ciclum qui cupis ſcire indictionis.
Mille quadrin octuaginduos: ⁊ deme annos
Reſiduus numerus ciclus erit inditionis.
Cum excesſerint quind tollas reliquum retinendo.

¶ Declaratio. Subtrahe ab anno tibi propoſito mille q̃dringentos octuagintaduos: ⁊ numerus remanens tibi ciclum oſtendet inditionis. Uel alio modo. Hos annos obmitte: ⁊ incipe numerare octuagintatria octuaginta quatuor. ⁊c. vſq; ad annum tibi propoſitum: ⁊ quot vnitates ad annum propoſitum numerraueris: tot ſunt cicli inditionis. Et cum talis numerus vltra quindecim vnitates excreſcentiam petierit quindecim etiam abijce totiēs quotiens poteris: reſiduum erit ciclus inditionis: qꝛ iſte ciclus in tot annis videlicet. 15. vice altera renouatur.
¶ Facilius ſic. Adde annis Chriſti. 3. ⁊ totum agregatū per. 15. diuidas: ⁊ quicquid reſtiterit pro ciclo inditionis habeto.

¶ Capitulum tertium.
De ciclo Solari

Mille tollas:quadrin quinq; ſeptuaginta.
Quicquid ſuperfuerit ſolis ciclum teneto.
Viginocto ſi numerando ſic ſuperabis
Tolle quaterſeptem:tene ⁊ quod accidit vltra.

¶ Declaratio. Subtrahe ab anno tibi propoſito. 1475. annos et quod remanſerit poſt ſubtractionem talem:eſt ciclus ſolaris. Uel ſic Nullam agas numerationem cum annis prenotatis;ſed ſimpliciter numera. 76. deinde. 77. ⁊c. vſq; ad propoſitum annum ⁊ quot vnitates excreuerint ciclum Solarem tibi indicabunt. Et ſi ex tali ſubtractiõe vltra. 28. ſuperauerint:has. ſ. 28. vnitates quotiens poteris abijce:⁊ reliquum pro ciclo Solari teneto ¶ Uel aliter. Adde annis chriſti. 9. et productum per. 28. diuidito: ⁊ quicquid ſuperfuerit ciclus Solaris erit anni propoſiti.

¶ Capitulum quartum.
De littera dominicali.

Annum prebet g f:duo e.tria d:quatuor c.
Quinq; dat b a:ſex g:ſeptem f:octo autem e.
Nouem dat d c:decem b:vnd a:g duodecim
Tredecim f e:quatuordecim d:quind c:ſedecim b.
Septemdecem a g:ocdecem f:nodecem e:d quoq; vigint:
Vigintunũ c b:vigintduo a:vigintria g:vigintquatuor f:
Vigint quin e d:vigint ſex c:vigintſeptem b:vigintocto a.

¶ Declaratio. Quicunq; ſciueris ciclum Solarem:de facili litteram dominicalem inuenies iuxta metra preſcripta:quia quodlibet metruz circa eius initium biſextilem annum notat. Prima enim litera ad feſtum Mathie durat:altera totum annum reuoluit. Notat ergo clare in metris numerus que littera ſub eo ordinatur. Nam g f:ſub vno:e ſub duo:d ſub tria vt patet inſpicienti. ¶ Item textus preſcriptus per ſequentem ſcalam clare reſoluitur:ſemper enim in ea litteram dominicalem ſub numerocicli Solaris reperies. At due littere ſub vno numero reperte:annum biſextilem notant :primaq; littera vim habebit vſq; ad feſtum Mathie:reliqua in finem anni. Inſuper in tali anno biſextili littera f:die Mathie apoſtoli duplicatur:feſtumq; ipſum apoſtoli vel priori vel poſteriori die celebrabitur prout dioceſis aliqua obſeruare conſueuit.

1560.

Li.ſo.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
Li.do.	g	e	d	c	b	g	f	e	d	b	a	g	f	d
Biſex.	f				a				c				e	

Li.ſo.	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28
Li.do.	c	b	a	f	e	d	c	a	g	f	e	c	b	a
Biſex.			g				b				d			

Capitulum quintum.
De Interuallo.

1 2 3 4 5
Elephas a terra feſtinat bubulus extra
6 7 8 9 10
Clericus facere decipitur gaudijs crebre
11 12 13 14 15
Articulum degener gaman excellit adulter
16 17 18 19
Doceo barbatum egomet confidero nullum
Littere interuallum notant ebdomadarum
Si feria preceſſerit primam litteram verbi
Una ſeptimanis ſuperadditur dictis
Cum poſtcedit littera ſis contentus in illis
Aut ipſa cum fuerit numerum haud variabis.

Declaratio. Sicut aureus numerus extendit ſe ad. 19. ita ⁊ in his metris: 19. notantur dictiones: ⁊ vna queuis aureo numero accommodatur. Prima videlicet Elephas vnitati. Secunda videlicet a terra dualitati. ⁊c. Preſcito igitur aureo numero: aſpiciatur dictio ſibi correſpondens quia quot talis litteras habuerit: tot ſeptimanas figurat interualli. Et hoc verum eſt ſi prima littera eiuſdem dictionis littera dominicalis fuerit: aut vna ex his litteris que eandem ſequuntur in ordine feriarum. Si autem vna ex precedentibus fuerit: tunc predictis ſeptimanis vna hebdomada connumeretur. Gratia exempli: ſi vnum fuerit aureus numerus: Elephas ſibi correſpōdet: ⁊ ipſa dictio. 7. in ſe litteras continet: que. 7. hebdomadas interualli manifeſtat: ⁊ hoc ſi e: que eſt prima littera eiuſdem dictionis: vel f g: que ſunt ſequentes: littera dominicalis fuerit. Si autem. a. b. c. vel. d. que ſunt precedentes eam: littera dominicalis fuerit: tunc dictis ſeptimanis vnam coadiunges. Et ſic octo erunt ſeptimane.

¶ Capitulum ſextum.
De concurrentibus.

B vnum.c.duas.d.tres dat concurrentes
E quatuor.f.quinq3.g.ſex.a.in ſuper nihil
In biſextili concurrentes prima notantur
Secunda hebdomadas interualli figurat.

¶ Declaratio. Quia interuallum duorum annorum pars eſt: ſumens tamē nomen a poſteriori quoniam a fine ſingula ſunt denominanda. ⁊c. Sunt etiam ⁊ due eius partes videlicet cōcurrentes ⁊ ſeptimane. Concurrentes quidem ſunt dies ſuperflui vltra ſeptimanas: ⁊ ſunt anni precedentis: ſcilicet dies a natali ſaluatoris vſq3 ad dominicam proximam que ſequitur. Et ſi a littera dominicalis fuerit: concurrens dies nullus celebratur: ſed integre ſeptimane. Si.b. dies vnus .c. duo ⁊c. Ebdomade aūt alia pars ſunt: ſcilicet precedētis ⁊ ſequentis anni: hoc eſt a dominica que ſequitur natiuitatē domini vſq3 ad dominicam Eſto mihi. In anno autem biſextili duplex ē mod⁹ querendi interuallum: per primam enim litteram dominicalem concurrentes: per ſecundam vero ſeptimane intelligantur.

Subſequens tabella pro Interuallo commodiſſime adiuncta eſt.

An.nu.	0	1	2	3	4	5	6	Cōcur.
	A	b	c	d	e	f	g	Lit.do.
1	8	8	8	8	7	7	7	
2	6	6	6	6	6	6	6	
3	9	9	9	9	9	8	8	
4	8	7	7	7	7	7	7	
5	6	6	6	6	5	5	5	
6	9	9	8	8	8	8	8	
7	7	7	7	7	7	6	6	
8	10	10	10	9	9	9	9	
9	8	8	8	8	8	8	7	
10	7	7	6	6	6	6	6	
11	9	9	9	9	9	9	9	
12	8	8	8	7	7	7	7	
13	6	6	6	6	6	6	5	
14	9	9	9	9	8	8	8	
15	7	7	7	7	7	7	7	
16	6	6	6	5	5	5	5	
17	9	8	8	8	8	8	8	
18	7	7	7	7	6	6	6	
19	10	10	9	9	9	9	9	

Hebdomade Interualli

¶ Capitulum ſeptimum.
De feſtis quinqꝫ mobilibus.

En ex ſeptimanis interualli deme duas
Sic dominica fiet ſeptuageſima nota.
Adiunges bis vnam ſi quadrageſimam optas
Sex quadrageſime cum paſcha petit celebrari
Septimam: ex azimo quinta rogatio currit
His demum binas adde ſpiritum cole ſanctum.

¶ Declaratio. Cum tu feſta mobilia quinqꝫ: ſcilicet Septuageſimam. Quadrageſimam. Paſcha. Rogationes: atqꝫ Penthecoſten inuenire cupis: preſuppoſito numero primo ſeptimanarum interualli: ab bis duas deme ebdomadas: ⁊ ipſa dominica tibi Septuageſimam monſtrabit. Si autem Quadrageſimam queſieris: ſeptimanis interualli vnam adiunge. A quadrageſima vſqꝫ ad ſanctum paſcha ebdomade ſex. A feſto paſchatis ad dominicā Rogationum ſeptimane quinqꝫ. A feſto paſchatis ad feſtum aſcenſiōis domini dies. 40. vtroqꝫ feſto incluſo. Ad Penthecoſten vero a feſto paſchatis dies. 50. vtroqꝫ pariter feſto incluſo ⁊ id nomen ipſum Penthecoſte teſtari videtur. Penthecoſtes enim grece quinquageſimus latine dicitur: preterea poſt feſtum Penthecoſtes proxima dominica feſtum Trinitatis: poſt quod etiam mox quinta feria feſtiuitas Corporis Chriſti celebratur. Aduentus domini ſemper incipit dominica poſt feſtum Lini iuxta metrum illud. Aduentus domini ſequitur ſolennia Lini. Feſtum autem Lini agitur 26. die Nouembris.

¶ Vel Septuageſimam etiam hiis verſibus facile quouis anno inuenies: qua inuenta reliqua feſta mobilia tandem per ſuperiorem doctrinam facile inuenientur.

A feſto ſtelle que ſit noua luna require
Tertia lux domini poſt ſeptuageſima fiet.
Si cadit in lucem domini tunc ſume ſequentem.

¶ Capitulum octauum.
De forma celi et ordine ſpherarum.

Rotunda nobilior ex mathematicis datur
Figura: huic ſimilem aſſumpſit ſibi mundus.
Vt a quacunqꝫ parte fluxum producat equalem
Duas precipue notas poſſidet regiones.
Corruptibilem enim diſtinguit ab eterna
Ecce ꝙ pulchre incorruptibilem ſpheris ornat

Empirreum ſummam fixe tenet dei ſedem
Nonum ſimplici curſu colligit alios et
Sidus circuit in trigintſex milleqꝫ girum
Saturnus ſpheram annos per triginta reuoluit
Jupiter duodecim. Mars complet binos annos
Sol princeps inter alios curſum anni docet
Venus ac Mercurius tot complent quaſi dies
Infimam luna tenens menſem ſibi aſſumit

¶ Pro declaratione. Mundus habet figurā diſpoſitam ad modum nobilioris figure que rotundam formam continet vt probant omnes mathematici. Ex eo autem nobilis eſt: qꝛ omnium figurarum iſoperimetrarū eſt capaciſſima: ⁊ quia mundus multa continet ideo talis figura commoda fuit. Nunc autem diuiditur mundus principali diuiſione in duas partes ſiue regiones ſcilicet in ethercam ⁊ elemētarem. Etherea: que ⁊ celeſtis eſt: ⁊ a philoſophis quinta nuncupatur eſſentia: habet primo ſupremum celum videlicet Empirreum: ⁊ illud immobile eſt in quo electi cum deo exiſtunt. Deinde primum mobile: quod vt textui ſatiſfiat: nona ſphera appellari poteſt: quanqꝫ Neoterici Aſtronomie obſeruatores id ſcilicet primum mobile decimam velint eſſe ſpheram: ⁊ in ſpacio diei naturalis motum ſuum circa terram complet ab oriente in occidentem rapiens ſecum omnes inferiores ſpheras celeſtes. Octaua ſuccedit ſphera que celum ſtellatum ſiue firmamētum recte dicitur: habet enim omnes in ſe ſtellas preter quinqꝫ planetas ⁊ duo luminaria: motus eius proprius: vt Ptho. refert eſt ab occidēte in oriētem. 100. fere annis gradu vno: totumqꝫ firmamentum motu iam dicto in. 36000. annorum reuoluitur. Subſequitur Saturnus curſum ſuum complens annis. 30. Jouis dehinc reuolutio fit annis. 12. Martis annis duobus. Solis anno vno ⁊ ſic ferme Veneris mercuriiqꝫ circuitus cōplentur. Lune poſtremo curſus menſe vno ſiue diebus. 27. horis. 8. determinatur. Planetarum etiam ordo hoc breui verſiculo facile memoratur.

Poſt ſim ſum ſequitur vltima luna ſubeſt.

¶ Capitulum nonum.
De quatuor elemētis.

Terra petens medium inter elementaqꝫ centrum
Ad figuram celi ſpheram ornauitqꝫ ſuam
Non quadratam ſed rotundam continet formam
Stelle in occaſum probant tendentes ab ortu

Proxima res maior ea que longe videtur:
Non in ſtellis apparet vapor niſi reſiſtatur
Conuexum ſphere: circumſcribit concauum aque:
Aquam aer: ⁊ ipſum ignis: hec elementa
Que quatuor eſſentie ſeu mortalium ſphere
A philoſophis edoctis probate ac vere

¶ Pro declaratione. Terra eſt in medio firmamenti tanq̄ centrum in circulo equaliter diſtans ex omnibus partibus celi in figura rotunda ſicut celum. Et hoc probatur per ſtellas: qꝛ ex omnibus partibus a nobis in vna ⁊ eandem quantitate videntur: quod non eſſet ſi terra ex vno loco magis ad celum appropinquaret q̄ ex alio. Sed quod ſtelle maioris quantitatis nobis apparent exiſtentes in oriente vel occidente: hoc prouenit propter medium non depuratum: ſed per vapores eleuatos in ſpiſſatum: ſicut denarius proiectus in aquam qui maior in ea q̄ extra ipſam apparet. Sic ergo clare apparet terram eſſe rotundam ⁊ in medio firmamenti locatam: non quadratam nec planam exiſtentem qꝛ ſic non equaliter ex omnibus partibus influxum reciperet: qꝛ angulus qui magis accederet ad firmamentum influxui magis ſubeſſet. Sed quod nobis plana videtur eſt nimia magnitudo eius: quo ad aſpectum noſtrum: que tamen magnitudo ad firmamentum ſiue ad celum nulla eſt vel quaſi minimi puncti ad maximum circulum qꝛ minima ſtella in celo multo maior eſt q̄ tota terra: exceptis Luna Venere ⁊ Mercurio qui minores ſunt in quantitate q̄ ipſa terra. Sol enim centies ſexageſies ſexies (authore Alfragano differentia. 22.) maior eſt tota terra: ⁊ ipſa terra eſt frigida ⁊ ſicca: quam ſphera aque circundat: certa et indeterminata parte excepta propter conſeruationem vite animalium terreſtrium: que in aquis viuere nequeunt. Et aqua eſt frigida ⁊ humida: et ſubtilius elementum q̄ terra. Aer inſuper circundat aquam qui eſt calidus ⁊ humidus ⁊ ſubtilior q̄ aqua. Ignis vltimo ſpheram aeris circuit: calidus ⁊ ſiccus eſt inter omnia elementa ſubtilius ⁊ nobilius: quaꝫ ſpheram Luna circumſcribit vt prius dictum eſt. Et dicuntur quatuor eſſentie ſeu mortaliū ſphere: qꝛ omne compoſitum ex his vitam acquirens per corruptionem mortalē ipſaꝫ amittit: ergo ⁊ iſte ſphere dicunt̃ generabiliū ⁊ corruptibiliū. Planetarū v̊o ⁊ ſtellarū ingenerabiliū ⁊ corruptibilium ſphere probantur.

¶ Capitulum decimū. De ſitu ⁊ motu firmamenti: atqꝫ de equinoctijs ⁊ Solſticijs

Mobile continue per binos cardines volat
Supremus ad Auſtrum nobis eterne occultus
Alter vrſam cuſtodit arcticus nuncupatus

Cingitur celum choruſcationiſqꝫ zona
Que equat diem ac noctem in horis
Quam girus animalium per medium ſecat
Principium arietis ac libre teſtificantur
Recedit ab equinoctio ad noctem caput cancri
Ad meridiem caper bis ſolſticia dantur
Hec quatuor preſcripta cardinalia ſigna
Ordo ſignorum talis in celis notatus.
Eſt aries:taurus:gemini:cancer:leo:virgo:
Libraqꝫ ſcorpius:arcitenens:caper:anphora:piſces
Sub quibus erratice necnon fixe notantur
Indies dantes obuiam inuicem aſpicientes
Ex quorum continue aura periclitatur.
Nunc tendit ad pluuiam:ventum:aut claritatem.

¶ Pro declaratione. Primum mobile ſiue celum nonum continue et regulariter ab oriente in occidentem mouetur ſuper duos polos mundi ſcilicet arcticum ⁊ antarcticum in viginti quatuor horis ſemel reuolutionem faciens. Arcticus quidem polus eſt prope extremam ſtellam in cauda vrſe minoris : ⁊ ille nobis ſemper apparet ⁊ ſtelle ſimiliter in propinquo ſecum exiſtentes. Sed antarcticus quaſi oppoſitus arctico eſt perpetuo nobis occultus: ſurſum tamen ea pars celi dicitur qua polus ille antarcticus ſplendeſcit:deorſum vero celi vbi noſter eſt polus arcticus:deinde anthoritate philoſophi ſecundo celi:oriens dextrum occidens vero ſiniſtrum:non quidem ſine ratione dici merentur:ſicqꝫ meridies ante ſeptentrio retro vocabitur. Ab eiſdem polis dictis diſtat quidam circulus ex omnibus partibus equaliter per. 90. gradus: qui cingulus primi mobilis vel equinoctialis dicitur: quem circulum orbis ſignorum ſiue zodiacus in duobus locis ſecat:ſcilicet apud principium arietis ⁊ principium libre ⁊ vna medietas zodiaci tendit verſus ſeptentrionē in qua hec ſigna exiſtunt. Aries. Taurus: Gemini. Cancer. Leo. Virgo. que ſigna ſeptentrionalia dicuntur: ⁊ principium cancri maxime videlicet per. 24. fere gradus ab equinoctiali remouetur : alia vero ſigna ſecundum minorem diſtantiam. Alia autem medietas zodiaci verſus meridiem tendit: in qua ſunt hec ſigna . Scorpio . Sagittarius. Capricornus . Aquarius : ⁊ Piſces : que meridionalia dicuntur : et tantum principium Capricorni diſtat verſus meridiem quantum principiū cancri

quod zodiacus ſecundum latitudinem diuiditur per medium: que diuidēs linea ecliptica appellatur: ⁊ ſemper ſub ea Sol mouetur. Luna autem ſemper eſt extra eandem lineam: niſi cum fuerit cum capite draconis aut cauda que duo loca ſunt interſectiones duorum dictorum circulorum: ſcilicet deferentis Lune ⁊ ecliptice. Cū ergo fuerit coniunctio Solis ⁊ Lune circa caput vel caudam: tunc communiter generatur Eclipſis ſolis. Et hoc taliter: qꝛ tunc luna interponitur que eſt propinquior terre q̄ Sol: inter aſpectum noſtrum ⁊ radios ſolares. Et talis Eclipſis ſi fuerit totalis non eſt totalis vel vniuerſalis in toto orbe. Et ratio eſt: qꝛ Sol ex tali eclipſatione non perdit lumen: ergo ad prouincias extremales verſus meridiem vel ſeptentrionem radios ſuos proijcit. Sed cum fuerit eorum oppoſitio in his locis: tūc vt in plurimum Luna eclipſatur: ⁊ hoc propter poſitionem terre inter lunam ⁊ radios ſolares: quoniam Luna caret lumine proprio: ſed id quod habet lumen ex Sole recipit: ergo cum aliquod venerit obſtaculum ſicut vmbra terre tunc neceſſarium eſt ipſam eclipſari vel totam vel aliquam eius partem ⁊ hinc eſt quod ſub ea quantitate qua nobis Luna apparet eclipſata ſub eadem omnibus alijs regionibus eodemq; tempore apparet quod in Sole (vt ſupra dictum eſt) minime fieri aduertimus.

¶ Capitulum duodecimum
De motu Solis

Tur.gre.arietem: ſtis.o.taurum: pin.ne geminoſq;:
Bar.ce.cancrum: mar.gar.leone: hyp.eu.virginitate
Cin.crux.libram: col cal.ſcorpionem: ſagittarius: tin.bric.
Al.ma.caprum: ven.di.aquarium: ap.ſco.la.piſces
Sillabe he introitum in ſigna ſolis dicunt.
Motum ſolis alicuius diei ſi ſcire cupis.
Numerus a preſcripta ſillaba gradum monſtrat.

¶ Pro declaratione nota. Motus ſolis taliter procedit quod omni die gradum fere vnum pertranſit. Et in diebus preſcriptarum ſillabarū introitus in ſigna zodiaci ipſius exiſtit: ita quod in illa ſillaba Tur ingreditur Sol arietem: ⁊ in illa ſillaba eſt in primo gradu arietis. Gre in ſecundo gradu arietis: ⁊ in tertio arietis gradu: ⁊c̄. Et ergo quotiens ſcire motum Solis deſideras: conſidera ſillabam precedentem proximam in his metris in diſtantia numerali ad ſillabam tui diei propoſiti: ⁊ quot intermedie ſillabe cū dictis fuerit tot gradus ſigni illius erunt in quo Solem queris. Verbi gratia. In illa ſillaba Nat goz. ⁊c̄. ſi motum Solis ſcire cupio: prima ſillaba immediate in metris precedens eſt eu. circa quam eſt virgo: ⁊ nat eſt. 25. ab ea: ergo ipſo die Sol eſt in. 25. gradu virginis. ut apꝫ ī Tabula .P. fol. 10.

¶ Capitulum tredecimum.
De motu Lune.

Ci.bi.mat.cta.ſan.ſus.ni.ben.aff.um re.ſi.kat.mas:
In preſcriptis ſillabis radix inciatur
Signi Lune facies initium capit anni.
Numera ad propoſitam ſillabam tue diei
Signa ordinatim a radice inciando
Aquea tripla:cetera in numerando dupla:
Circulum iterum cum exibant remunerentur.
A chriſto milleſimo quingen natiuitate
Atqꝫ duodecimo:facies prima cancri nota
Radicem ex his declarent anni futuri.

¶ Pro declaratione ſciendum. Quod in primo metro ponũtur ſillabe dierum ſuper quibus radix ſigni lune incboatur. Et ab eadem radice incboando primo numerentur ſillabe ad aliquem propoſitum tibi diem:⁊ hoc a proxima ſillaba que in metro eandem precedit. Habito numero ſillabarum in digitis:numerentur etiam ⁊ ſigna in iuncturis digitorum a radice incboando ſecundum ordinem eorum:ita tamen ꝙ ſigna aquea triplentur: ſicut Cãcer:Scorpio:⁊ Piſces:⁊ alia duplentur:⁊ ſic numerando in iunctura tui digiti propoſiti inuenies ſignum Lune ⁊ vtrum ſit prima eius facies ſecunda aut tertia. Gratia exempli. Anno. 1512. in illa ſillaba crux cum voluero ſcire motum Lune aſpicio ad metrum videlicet ad ſillabam que precedit iam dictam:⁊ ipſa eſt um. Nunc numerabo ab illa ſillaba vſqꝫ ad ſillabã crux: vt ſic um ſeph ba. ⁊c. ⁊ ſunt. 11. ſillabe:ergo iam in iſtis iuncturis numerabo facies ſignorum:⁊ hoc initium a radice accipiendo. Et quia anno predicto prima facies Cancri eſt radix. Nunc ab ea iniciando ſic. Cancer.can.cã. Leo.leo.Virg.virg.Lib.lib.Scorp.ſcorp.ergo in die Crucis luna erit in ſecunda facie Scorpionis. Et radices ſignorum Lune pro aliis annis taliter manifeſtabuntur tibi. Numera ſillabas poſterioris Decembris incipiendo ſcilicet Mas:vt ſic. Mas:mo.do:nat:ſteff:io:pu:tho:me:ſil. Ci: ipſam ſillabam Ci primam noui anni includendo: ⁊ ſunt. 11. Numerabo ergo a radice:anni alicuius propoſiti. Sit exempli gratia. 1512. vſqꝫ ad ſillabam primã anni ſcilicet Ci. ⁊ venit. 2. facies Scorpionis que eſt radix anni. 1513. Et hoc modo radix anni. 1514. erit. 3. facies Piſcium: ⁊ anni. 1515. prima facies Leonis.

Motus Lune bis duobus verſiculis penſiculatius inueniri poterit.

Etatem Lune dupla poſt addito quinq;
Quinq; dabis ſigno quo Lune cepit origo.

¶ Declaratio. In quo ſigno graduq;: Luna noua fiat: ex loco ſolis die nouilunij per. 1 2. ⁊. 1 4. capitula diligenter querito: dehinc etatem Lune id eſt quot dies ſint a nouilunio vſq; ad diem tuum propoſitum numerato: ⁊ hūc dierum numerum duplato: poſt duplationem quinq; addito. Conſidera poſtremo quotiens quinq; in prefato numero habere poſſis: tot enim ſigna luna ipſa a nouilunij ſigno per ambulauit ⁊ ſi que vnitates infra ſcilicet quinarium numerum remanſerint: loco cuiuſq; vnitatis ſex in gradibus addere poteris ⁊ ſatis commode habebis locum Lune in zodiaco. Exempli gratia volo ſcire locum Lune ad. 6. diem Februarij Anno. 1 5 1 2. inueni coniunctionem proxime preteritam. 1 8. Ianuarij ſole octauum fere gradum aquarij poſſidente. Etas lune id eſt a nouilunio vſq; ad diem propoſitū ſcilicet. 6. Februarij eſt. 1 9. dieruȝ duplo: ⁊ erunt. 3 8. dies quibus addo quinq; ⁊ erunt. 4 3. In hijs habeo octies quinq; ergo luna peragrauit. 8. ſigna ſcilicet Aquarium: piſces: arietem: taurum: geminos: cancrum: leonem: virginem: ⁊ quia remanſerunt adhuc tria: addo ter ſex in gradibus ⁊ erūt. 1 8. gradus. Inuenio igitur Lunam. 6. die Februarij circa. 1 8. gradum libre. Ad hec quid commode negociari liceat: dum Luna in illo vel altero ſigno reperta fuerit: hec ſubſcripta tabella breuiſſime aperit: Littera quidez. b in ea bonum opus. o. malum. m. mediocre ſignificat.

	Ari.	tau.	ge.	cā.	leo.	vir.	lib.	ſcor.	ſag.	ca.	aq̄.	pi.
Ad domos alienas ſe conferre.	o	b	o	o	b	m	o	b	m	o	b	m
Iter facere.	b	m	o	b	o	m	b	o	m	b	m	m
Emere vel vendere.	m	b	o	o	b	m	b	o	b	o	m	b
Medicinas laxatiuas ſumere.	o	o	o	b	o	o	b	b	o	o	b	b
Domos edificare.	o	b	o	o	b	m	o	o	m	b	b	m
Balneare.	b	m	o	b	b	o	b	m	b	o	m	b
Sanguinē minuere.	b	o	o	b	o	o	b	m	b	o	b	b
Crines abſcindere.	o	o	o	b	o	o	b	o	b	o	m	b
Veſtes induere	b	o	o	b	o	m	b	o	b	o	o	b
Seminare ⁊ plantare.	o	b	o	b	o	b	b	o	o	b	b	m
Laborare p̱ ignem.	b	o	m	o	b	o	m	m	b	m	o	o

Quot horis Luna quauis nocte ſupra noſtrum hemiſpherium luceat: hec tabella (etate Lune precognita) facile commonſtrat.

Per dies Etas lune.

1	30	0	48
2	29	1	36
3	28	2	24
4	27	3	12
5	26	4	0
6	25	4	48
7	24	5	36
8	23	6	24
9	22	7	12
10	21	8	0
11	20	8	48
12	19	9	36
13	18	10	24
14	17	11	12
15	16	12	0
Sero.	Mane	Hore.	Minute.

Capitulum decimumquartum: de coniunctione et oppoſitione Solis et Lune.

1 2 3 4 5 6
Nod.octo.viginſep.ſed.quinqz:vigintitria.
7 8 9 10 11 12 13
Tres.duo.vigintunuz.decem.vigintno.octde.ſeptem.
14 15 16 17 18 19
Vigintſex.quind.quatuor.vigintdu.vnd.triginta.
Decemnouem numerũ complet aureuz tot et hec dictiones
Et harum numerus aureum ciclum manifeſtat.
Et de ſe dici numerum in quo luna nouatur
Primo: que et radix anni totius aſſurgit
Vigintnouem tribuas et radici lunaris

Cum horis duode. lunam ſequentem habebis:
Dies quindecim adde lunam accipe plenam.

¶ Pro declaratione nota. Q. in primis tribus verſibus ſunt. 19. dictiones: vbi vna queuis numerum alicuius diei menſis Januarij notat: vt nod ſignificat decimumnonum diem Januarij: octo octauum diez Januarij. ⁊c. Extenditur autem aureus numerus ad. 19. annos: ⁊ ſic vna queuis dictio ſeruit pro aureo numero: vt nod deſeruit quando vnum habemus pro aureo numero: octo quando duo: vigintſep. quando tria. ⁊c. oſtendunt ergo primam coniunctionem que eſt in Januario. Que eſt radix ad omnes alias coniunctiones eiuſdem anni. Exempli gratia. Anno. 1517. volo ſcire coniunctionem: aſpicio aureum numerum: ⁊ inuenio. 17. pro aureo numero ergo decimaſeptima dictio in ordine metri oſtendit mihi dié cóiunctionis: ⁊ eſt vigintdu. ideſt vigintiduo. Jté anno ſaluatoris noſtri. 1518. aureus numerus eſt. 18. ergo decimaoctaua dictio oſtédet mihi diem prime coniunctionis: ⁊ eſt vnd: hoc eſt vndecima die Januarij eſt prima cóiunctio illius ſcilicet anni decimioctaui ſupra ſeſquimilleſimú. Si autem ſequentes coniunctiones habere voluero: addo ſemper ad vnáquáq;. 29. dies: et. 12. horas. Si vero oppoſitionem: tunc ad quálibet coniunctioné addo. 15. dies. Numerum autem dierum ſm Ciſioianus accipio.

¶ Capitulum quindecimum. De initijs Menſium.

a d d g b e g c f a d f
Ja:fe:mar:ap:ma:iun:iul:aug:ſep:oc:no:de:
A:dam:de:ge:bat:er:ga:ci:fos:a:dri:fer:
Aprilis: Junius: September atq; Nouember
Hij triginta habent vnum reliqui ſuperaddunt
Februarius vigint inſuper octoq; dies.

¶ Pro declaratione. Sillabe in primo verſu initia nominum duodecim menſium notant: vt ia ianuarium: fe februarium ⁊c. Secundus verſus ferias ad primum diem cuiuſuis menſis: Alij numerant dies quot vniuſquiſq; menſis habet vſualis.

¶ Capitulum ſedecimum. De Kalendis Nonis et Jdibus.

Tradens: quando reficis: ſedule: refugium: ſcandis:
Ruffus: tandem: ſcandere: refutans: ſodalem: tondere:
Octo tenet idus menſis generaliter omnis.

c

¶ Ad inueniendum Calendas nonas ꝛ Idus cuiuſlibet mēſis ſcire debes. Quod in metris preſcriptis. 12. ſint dictiones. 12. menſibus anni deſeruientes: ita ꝙ tradens Januario: quando Februario: ꝛ ſic de aliis. In quibus dictionibus debent ſolum conſiderari prime due littere primarium duarum ſyllabarum: ita ꝙ prima littera deſeruiat Calendis: ſecunda Nonis: ita ſcilicet ꝙ quot a prima littera in ordine alphabeti fuerit tot talis menſis Calendas habet: ſic ꝛ Nonas littera ſecūde ſyllabe notat. Sed pro Idibus eſt vnus modus: qꝛ in omnibus menſibus octo. Et ad inueniendum predicta ſcias. Quod ſemper prima dies cuiuſlibet menſis dicitur Calende per ſe. Poſt hoc ſequunt̄ None: vt ſi menſis aliquis habet. 4. Nonas: dicas quarto nonas: deinde tertio nonas: deinde pridie nonas: ꝛ poſtmodum dicas none per ſe. Deinde poſt nonas in oībus mēſibus ſequunt̄ Idus: ꝛ dicas octauo idus: ſeptīo idus: ſexto idus ꝛc̄. ꝛ vltio idus p̄ ſe. Poſt Idus ſequunt̄. Kalēde: ꝛ dicas: ſi menſis aliqs habet. 19. kalendas: decimonono kalendas: decimoctauo kalendas: decimoſeptimo kalēdas: decimoſexto kalēdas ꝛc̄.
¶ Nota ad inueniendum aliquam diem an ſit kalende: an none: vel idus: numera primo Ciſioianum vſqꝫ ad illum diem: poſtea operare: vt ſupra dictum eſt. Item none ꝛ Idus ſunt illius mēſis in quo ſtant: ſed kalende ſunt ſemper ſequentis menſis: ꝛ ab ipſo denominantur: niſi kalende per ſe ſunt illius menſis in quo ponuntur.

¶ Capitulum decimum ſeptimum.
De initiis quatuor temporum anni.

Annum diſcerne per partes ſuntqꝫ quaterne
Uer petro detur: eſtas exinde ſequetur
Hanc dabit Urbanus: autumnum Simphorianus
Feſtum Clementis hiemis caput eſt orientis.

¶ Nota in his verſibus ſecundum regulam vulgariū habentur initia quatuor temporum anni. Ad Aſtrologorum autem dicta tunc ver initiatur cuꝫ ſol arietem: eſtas cancrum: autumnus libram: ꝛ hyems capricornum intrat.
¶ Nota. 12. ſunt ſigna: ꝛ illorum tria ſemper vnam quartam partem anni conſtituunt. Nam Aries: Taurus: Gemini: ver conſtituunt. Cancer: Uirgo Leo Eſtatem. Libra: Scorpio: Sagittarius Autumnum. Capricornus: Aquarius: Piſces hyemem. Et he quatuor anni partes quatuor retinēt angarias: id eſt quatuor ieiunia anni: vt in ſequēti dicet̄ caplo.

¶ Capitulum decimumoctauum et vltimum.
De angariis quatuor temporum.

Feriam tempoꝛum affectant ieiunia quartam
Cinerem: et que Luciam: ſpiritum ſequitur crucem.

¶ Pꝛo declaratione eſt ſciendum. Quod in quartis feriis pꝛoximis poſt feſta pꝛeſcripta: ſcilicet poſt diem exaltationis ſancte crucis. Lucie. Cinerum: ⁊ Penthecoſtes: ieiunia quatuoꝛ tempoꝛum ieiunantur. Et ſi aliquod pꝛedictoꝛum feſtoꝛum ceciderit in quartam feriam: quartam poſtpone: ⁊ ieiunio ſequentem. Et eccleſia inſtituit ieiunia quatuoꝛ tempoꝛum. Pꝛimum in vere ideo: quia ſicut tunc omnia virent ⁊ floꝛent: ita etiam in nobis virere debent opera virtutum: ⁊ ſupplantari motus carnales: qui tunc magis foꝛtes ſunt in homine. Secundum in eſtate: vt ſimus vere feruentes in charitate dei. Tertium in autumno. vt in nobis fructus bonoꝛum operum fructificent. Quartum in hieme ideo quia ſicut tunc folia fluunt de arboꝛibus et herbe moꝛiuntur: ita ⁊ in nobis moꝛiantur vicia ⁊ ſuperfluitates: nobis coadiuuante: cui ſoli peccata dimittere datum eſt.

¶ De angariis etiam illi duo rithmi memoꝛie commendari ſolent.

Vult crux lucia cinerum chariſmata ſancta
Ut ſit in angaria quarta ſequens feria.

Canon.

¶ In tabula ſubſequenti circa vnumquemq; diem menſis duplex numeroꝛum ſpecies offertur: pꝛima hoꝛas: ſecunda minuta diurne quantitatis indicat. Sed ſi quis nocturnam quantitatem habere deſiderauerit: pꝛefatos quãtitatis diurne numeros: de. 24. ſubtrahat: ⁊ relictum nocturnam quantitatem plane oſtendit. Poꝛro ſemidiurni tempoꝛis quantitas indicat qua hoꝛa Sol occidit: ſicut et ſeminocturnũ tempus oꝛtum Solis declarat.

IN ROMA

Tabula de longitudine dierū noctiumq; de tempore ortus occaſuſue Solis pro latitudine graduum.48.diligentiſſime ſupputata.

Januarius.			Februarius.			Marcius.			Aprilis.		
Dies	ho.	mi.	Dies	ho.	mi.	Dies	ho.	mi.	Dies	ho.	mi.
Ci	8	45	Bri	9	47	Mar	11	28	A	13	14
ſi	8	28	pur	9	51	ci	11	31	pril	13	57
o	8	30	blaſ	9	56	Kun	11	34	in	13	20
ia	8	32	us	9	59	ad	11	38	am	13	24
nus	8	34	ag	10	0	ri	11	42	bro	13	27
ep	8	36	dor	10	6	an	11	46	ſi	13	30
val	8	38	fe	10	10	per	11	50	ſ	13	34
er	8	40	bru	10	13	de	11	54	veſt	13	37
hard	8	43	ap	10	16	co	11	57	is	13	40
Uen	8	46	ſco	10	19	ra	12	0	o	13	44
di	8	48	laſ	10	22	tur	12	3	vat	13	47
cat	8	50	ti	10	26	gre	12	6	at	13	50
oc	8	52	ca	10	29	go	12	10	qꝫ	13	54
fe	8	54	va	10	32	ri	12	14	Ti	13	57
li	8	57	lent	10	36	o	12	18	bur	13	59
mar	9	0	iu	10	39	cir	12	22	ti	14	1
an	9	2	li	10	42	ger	12	25	ꝛ	14	4
priſ	9	4	con	10	46	trud	12	29	va	14	7
ca	9	7	iun	10	49	al	12	32	ler	14	10
fab	9	19	ge	10	52	ba	12	35	ſan	14	14
ag	9	13	tunc	10	56	be	12	38	cti	14	17
vin	9	15	pe	11	0	ne	12	42	quo	14	20
cen	9	18	trum	11	4	iunc	12	45	qꝫ	14	24
ti	9	21	mat	11	8	ta	12	49	Ge	14	27
pau	9	24	thi	11	11	ma	12	52	mar	14	30
po	9	26	am	11	14	ri	12	56	ci	14	34
no	9	29	in	11	18	a	13	0	qꝫ	14	37
bi	9	32	de	11	25	ge	13	4	vi	14	40
le	9	36				ni	13	7	ta	14	42
lu	9	39				tri	13	10	lis	14	45
men	9	42				ce	13	14			

Tabula quantitatis dierum pro latitudine graduum. 48.

Maius.			Junius.			Julius.			Auguſtus.		
Dies	ho.	mi.	Dies	ho.	mi.	Dies	ho.	mi.	Dies	ho.	mi.
Phil	14	48	Nic	15	46	Jul	15	36	Pe	14	24
ſig	14	50	mar	15	47	pro	15	35	ſteph	14	21
crux	14	52	er	15	48	ceſſ	15	33	ſteph	14	18
flor	14	55	as	15	49	Ud	15	32	proth	14	16
gor	14	58	bo	15	50	al	15	30	oſ	14	14
Jo	15	0	ni	15	50	oc	15	28	ſixt	14	11
an	15	3	ſat	15	51	vil	15	26	aff	14	7
la	15	6	iun	15	51	ki	15	25	ci	14	4
tin	15	7	pri	15	52	li	15	23	ro	14	0
ne	15	9	mi	15	52	fra	15	21	Lau	13	57
pi	15	11	bar	15	52	ben	15	20	ti	13	54
ne	15	12	ce	15	52	mar	15	17	bar	13	51
ſer	15	14	ri	15	52	bain	15	14	hyp	13	47
ꝛ	15	17	ni	15	52	ri	15	12	eu	13	44
ſoph	15	20	vi	15	52	ap	15	10	Sump	13	41
ma	15	22	te	15	51	poſt	15	8	ti	13	37
ius	15	24	ꝙ	15	51	al	15	6	o	13	34
in	15	26	mar	15	50	ar	15	3	a	13	31
bac	15	28	pro	15	50	nol	14	0	ga	13	27
ſe	15	30	thas	15	49	phus	14	58	bern	13	24
ri	15	32	alb	15	49	brax	14	56	bar	13	21
e	15	33	ach	15	48	mag	14	53	ti	13	17
te	15	35	a	15	47	ap	14	50	mo	13	14
net	15	36	Jo	15	45	criſ	14	48	Bar	13	11
Ur	15	37	an	15	44	Jac	14	45	tho	13	7
ba	15	39	Jo	15	43	an	14	42	lo	13	4
ni	15	40	dor	15	41	mar	14	39	ruff	13	0
pe	15	41	le	15	40	pau	14	36	Aug	12	56
de	15	42	Pe	15	38	fin	14	34	col	12	52
criſ	15	43	pau	15	37	ab	14	31	auc	12	49
pe	15	44				don	14	27	ti	12	45

Tabula quantitatis dierum pro latitudine graduum.48.

September.			October.			Nouember.			December.		
Dies	ho.	mi.	Dies	ho.	mi.	Dies	ho.	mi.	Dies	ho.	mi.
B	12	42	Re	10	0	Om	9	18	De	8	14
gi	12	39	mi	10	56	ne	9	15	cem	8	13
di	12	36	q	10	53	no	9	12	ber	8	12
um	12	34	Fran	10	49	uem	9	19	bar	8	12
ſep	12	32	cis	10	46	ber	9	8	ba	8	11
ba	12	29	ci	10	43	le	9	5	Ni	8	10
bet	12	26	mar	10	40	on	9	2	col	8	9
nat	12	22	cus	10	36	qua	9	0	Con	8	9
gor	12	18	di	10	33	the	8	57	cep	8	8
gon	12	14	ge	10	30	o	8	54	t	8	8
pro	12	10	ar	10	26	mar	8	52	al	8	8
thi	12	7	te	10	23	tin	8	50	ma	8	8
q	12	3	col	10	20	bric	8	48	Lu	8	8
Crux	12	0	ca	10	16	ti	8	44	ci	8	8
nic	11	57	lix	10	13	us	8	40	a	8	8
en	11	53	gal	10	10	ot	8	38	ſan	8	8
lam	11	50	le	10	6	poſt	8	36	ctus	8	9
per	11	46	lu	10	3	bec	8	34	ab	8	10
ti	11	42	cas	9	0	e	8	32	in	8	10
q	11	38	vel	9	56	li	8	30	de	8	11
math	11	35	vnd	9	53	pre	8	28	Tho	8	12
mau	11	31	ſe	9	50	ce	8	26	mas	8	13
ri	11	28	ue	9	46	cle	8	25	mo	8	15
ru	11	25	ri	9	43	cris	8	24	do	8	16
per	11	22	cris	9	40	Cath	8	22	Nat	8	17
vir	11	18	ſan	9	36	con	8	21	ſteph	8	19
dam	11	15	ti	9	33	ra	8	20	Jo	8	20
ventz	11	11	Si	9	30	di	8	18	pu	8	22
Mich	11	8	mo	9	26	ſat	8	17	tho	8	24
ter	11	5	nis	9	23	An	8	16	me	8	26
			volf	9	20				ſil	8	28

Venetijs in Edibus Petri Liechtenſtein
Anno virginei partus.1519.